



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta phebe discipula. Cap[itulum]. xxxi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

cursu nimio virgo christi ad presidem adducit
 & quibus hoc maleficijs fecerit interrogatur.
 Illa autem non maleficijs diaboli: sed virtute
 ipsius miracula peracta fuisse narravit. Cui
 cum preses dixisset: ut si non hec magicis artibus fe-
 cisset illos in christi sui nomine surgeret: & loqui
 faceret. Seraphia iuvenes ad se duci fecit: su-
 per quos nec stare: nec se mouere: nec loqui va-
 lentes orationem fudit: eosque in christi nomine co-
 tingens incolumes erexit: qui mox coram popu-
 lo stantes & omnibus suis membris facti corpo-
 res loqui ceperunt: atque presidi narrauerunt: quod
 dum contra voluntate eius virginem contingere
 voluissent iuuenis decorus stature procerissime
 ut sol splendens se interposuit: qui illos adeo suo
 lumine terruit: qui mox amissis sensibus defes-
 erit eos apprehendit. Quod audies preses & ea
 magicibus artibus ascribens iussit ea expoliari
 & eisdem lampades applicari. Quibus mox diuini-
 tus extinctis ministri eas tenentes lampades cor-
 ruerunt. Preses autem adhuc ipsam porius male-
 ficam existimans mandauit fustibus cedi. Gra-
 timque terre motus magnus factus est: & fractis
 fustibus astula una de stipitibus oculi dextrum
 presidis percussit: & post triduum ipsum amisit. Tunc
 indignatus preses virginem capite cedi iussit. Que
 decollata est trans arcum faustini iuxta aeream
 vindicant ducis: cuius corpus beata sabina in
 eodem loco sepeluit. iij. non. septembris.

De sancta pbebe discipula. Cap. xxxi.



Phebe di-
 scipula aposto-
 loz fuit: de qua
 paulus aposto-
 lus ad roma. vi
 trino ca. merione facit: qua et
 ipse fratribus rome existens
 intime comendauit: eo quod sibi
 & multis alijs discipulis in mi-
 nisterio fideliter assistit. Que

& ipsa in vita sanctitate et honesta pudicitia in
 christo pausauit. iij. non. septembris. Sepulta ro-
 me: ut scribit Hieronymus.

De sancto Antidio episcopo et
 martyre. Cap. xxxii.



Antidius
 episcopus & mar-
 tyr: apud turones
 passus est tempo-
 re honori inpe-
 rarozis sub persecutione van-
 dalica. Hic episcopus turonen-
 sis fuit. Qui tempore quoda
 feru. iij. hebdomade sancte: dum pon-
 tem dmi fluminis transiret: ut

dit principem demonum in throno sedentem: et
 agnien ministroz unumqueque sua mala gesta

suo principi referentem. Inter quos ethiops
 teterrimus rettulit quod romanum presulem zoys-
 mum sepreno de lapsu carnis impugnatum do-
 minica palmarum preterita ad crine comitren-
 dum cum virgine quadam induxit: in cuius testi-
 monium unum et sandalijs ei surreptum in iudicio
 presentauit. Que princeps demonum super
 cunctos plurimum honoraui. Tunc episcopus eundem
 demonem ad se vocans in virtute diuice passionis
 ei mandauit: ut eadem velocitate qua roma ve-
 nerat illuc se incolumen deferret. Et sic in dno
 confusus super demonem ascendit & sepius versi-
 culum illum. Deus in adiutorium meum intende. re-
 perens incolumis ab illo vectus in cena diuice
 hora celebranda officij: roma peruenit. Demo-
 nem aurem ante fores ecclesie lateranensis. expecta-
 re iussit sandalium ei rapuit: et ad papam accessit.
 Que alloquens secrete rem sibi visam & oia ge-
 sta rettulit: negantem sandalium que amiserat: &
 quem adhuc se misisse non aduerterat ostendit.
 Sicque ipsum ad penam puocauit. Missa quoque
 ceclus ea die celebrauit: parte christi finatis a se
 cofecti sumpsit: missaque celebrata pontifici vale
 facies: demonem pre foribus expectare inuenit su-
 per que reascendens eosque ipsum reuocante in sab-
 bato sero hora celebrandi officij ad ecclesia sua
 sospes rediit: deinde statim euauit: & antidi-
 us celebrans & carbecuminos baptizans ubi fue-
 rat: & quare miranti populo enarrauit. Deinde san-
 ctus martyr: persecutione vadalo: tunc & ipse
 confessione in faciem cesus & varijs scribis cru-
 ciatus: multisque vulneribus in membris oibus cor-
 poris attritus: tandem gladio capite cesus est:
 turonibus sepultus. iij. non. septembris.

De sanctis antonino & aristeo mar. Cap. xxxiii.



Antoninus puer &
 aristeus martyres apud vrbem
 capante capua passi sunt. Qui
 antoninus cum esset annor. x:
 aristeu ad fide conuertit. Eus
 quo postmodum tentus & va-
 rijs supplicij cruciatus tandem ambo cedere
 gladio martyrij palinam consecuti sunt tertio
 nonas septembris.

De sancto Moyse duce & pro-
 pheta. Cap. xxxiiii.



Moyes pro-
 pheta & dux populis
 israel qui ter patres
 sanctos antiquos non
 solum ecclesiastice. xlv. capl.
 sed etiam in multis locis diu-
 ne pagine: tam in nouo quam in
 veteri testamento conscribitur:
 et plurimum commenda-
 tur filius fuit Amram et Jo-
 chaber eius uxoris de tribu Leui gentus in